



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 20. Europæi scriptum Sinicum signare jussi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

Sæc. XVII. Sines comitabantur, pariter usque ad  
A. C. 1721. Ejusdem redditum ibidem reliqui vo-  
 luit.

## §. XX.

*Europæi scriptum Sinicum subscri-  
 bere jussi.*

Absoluto hoc colloquio, & Legato ad  
 suam domum reverso Mandarinus  
*Chao* cum aliis præfatum libellum Si-  
 nicum attulit, ac Imperatoris nomine  
 omnibus Europæis jam dudum in Aula  
 degentibus præcepit, ut sua appone-  
 rent nomina. Ceteris prior P. Josephus  
 Suarez Jesuitarum Lusitanorum Supe-  
 rior ita subscriptus: *Hæc sunt mandata  
 Imperatoris Tartarico - Sinici, & re-  
 sponsa Illustrissimi Patriarchæ Alexandrini  
 Legati Pontificii, & beneficia a sua Ma-  
 jestate collata suæ Dominationi Illustrissime,  
 de mandato Imperatoris subscriptissimus.  
 Joseph Suarez Soc. Jesu: postea ceteri  
 omnes Jesuitæ subscripti, qui etiam  
 præprimis Missionarium Ripam ad id  
 inducere moliebantur: cum autem hic  
 ceterique, quæ in hoc scripto contine-  
 rentur, ignorarent, notumque essent,  
 quod Jesuitæ, qui illud latine reddide-  
 rant, pro suo arbitrio quædam addi-  
 derint, alia deleverint (\*) hinc incal-  
 sum*

(\*) Id postea manifeste patuit ex styli &  
 Phrasium divertitate, necnon ex hiulco ser-  
 monis contextu.

sum adhibitis Mandarinorum & Jesui- Sæc XVIII.  
 tarum sollicitationibus, ac ipsius *Chao* A. C. 1721,  
 minis, subscribere diu recusabat: tan-  
 dem vero, ne Legato ac Missioni dam-  
 num inferrent, subscrpse, præmissa  
 declaratione, quod nequaquam in veri-  
 tatis fidem, sed duntaxat Imperatoris  
 indignationem, indeque timendam  
 Missionis ruinam præcavendi consilio  
 suum nomen apponenter: Iisdem ex  
 caussis Pedrinus postea sollicitatus sub-  
 scribere renuit, & nequidem suadente  
 Legato, declaratione, qua suæ subscrip-  
 tionis fidem Ripa enervavit, uti vo-  
 luit, eoquod non modo ipse colloquiis  
 inter Legatum & Mandarinos non in-  
 terfuisset, sed etiam quod hoc scriptum  
 falsitatibus turgidum esse nosset: Hanc  
 oppositionem edoctus Imperator, Pe-  
 drinium multis plagis multari, ex  
 Aula raptari, gravibusque catenis vin-  
 ciri, ac demum in carcerem conjici-  
 juvit. Incassum pro eo deprecabantur  
 Legatus, Missionarii, & ex ipsis Jesui-  
 tis nonnulli; tanta tamen erat Impera-  
 toris indignatio, ut edictum contra Pe-  
 drinium per Eunuchum promulgari,  
 illudque ab ipso Pedrinio latine reddi  
 juberet, hujus tenoris: *Pedrinus est  
 nebulo infimæ fortis, heri noluit subscribere  
 nomen suum, valde violavit Leges Sinicas,  
 quotiescumque esset coram me, & diceret*

**Sæc. XVIII.** aliquid, quod spectaret ad Negotia sua per-  
A. C. 1721 sonalia, nollebat loqui, sed injiciebat oculos  
in alios, ut interpretarentur. Hujusmodi  
malitiosi homines pauci sunt in Sinis. Ex  
hoc modo agendi vereor, ne mittant nuntia,  
hoc esset aliud punctum adjudicandi suspi-  
ciones summo Pontifici, ita ut non possit  
discernere inter verum & falsum. Ego  
jam perfecoram Negotia D. Maigrot in  
honorem Legati, nunc vero repeto D. Maig-  
rot, ut illum puniam, & hujusmodi ho-  
mines, quia violaverunt Leges Sinicas,  
ut video lex christiana non potest exerceri in  
Sinis: melius erit, si non exerceatur, quia  
nulla amplius erunt negotia, nec conten-  
tiones; nec est alias melior modus.

Hoc ipsum edictum a Pedrinio sub-  
scriptum Imperator Legato tradidit,  
ut illud Romam deferret, & omnibus,  
qui ab ipso læsi fuissent, exhiberet,  
in gratiam autem Legati veniam Maig-  
roto dedit, nec eum in Sinas sibi  
mitti ultra petiit. Denique Legato  
honorifice dimisso Pedrinus catenis  
onustus Peckinum ad publicos carce-  
res, in quibus capitali sententia dam-  
nandi detinebantur, raptatus est.

### §. XXI.

*Ultimum colloquium Imperatoris cum  
Legato Apostolico.*

Cum